



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

1. De Euangeliō Dominicæ De bono semine & zizanijs. Matth. 13. Pro hac quinta hebdomada loco meditationis, posset primus modus ora[n]di S. P. Ignatii part. 1. Industriar. c. II. §. I. pag. 223. ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

potentissimum fabricatorem orbis  
qui tribus digitis appendit molem ter-  
ræ , fabrilem artem exercere , nec no-  
uum fabricare mundum, sed humilita-  
tis gladium, quo caput infernalis Go-  
liathi amputet, superbiæque humanae  
iugulum transfigat ? Quam merito &  
nos deceret tantam eius dilectionem  
admirari, & dignationem imitari ! Ze-  
sus opera humilitatis, omniaque ordi-  
naria munia piè perfecteque obeundi.

5. Heb-  
domas  
Post E-

Dominica V. Post Epiphaniam.  
*De bono semine & zizanijs.* Matt. 13.  
piph.

I.

**C**onsidera quām sedulò Deus se-  
minator bonorum hominum in  
agro Ecclesiæ suæ , & animæ cuiusque  
Electi seminet bonum semen cœlestium  
veritatum, piarum cogitationum, sa-  
ctorum desideriorum, diuinorum im-  
pulsuum, aliorumque gratiæ excitan-  
tis auxiliorum, ex paterno affectu, co-  
consilio, ut semen illud magnos omni-  
modæ perfectionis , gratiæ & glorie  
fructus proferat: è contra, quām solli-  
cite Sathan querat omnes occasionses  
super-

Superseminandi zizania errorum va-  
riorum, malarum cogitationum, pra-  
uorum desideriorum, peruersorum in-  
stinctuum, eo fine, ut sementem bo-  
nam suffocet, loliaque scelerum æter-  
nis ignibus comburenda multiplicet.  
Quanta nihilominus nostra in fraudi-  
bus dæmonis cauendis incuria? quanta  
in diuinæ gratiæ cooperando socor-  
dia? Gratitudo, feroe & iugis vigilan-  
tia in diuinis inspirationibus ample-  
ctendis, diaboliceis respuendis.

II. Cur permittat Deus malos inter  
bonos vivere, electosque varijs modis  
tentari & probari, 1. Ut ostendat diui-  
tias potentia & sapientia suæ, quod  
possit ac sciatur ex malis elicere bona. 2.  
Ut bonitatis & longanimitatis suæ a-  
byssum ob oculos nobis ponat, quod  
sic electos suos probatos ad sublimio-  
rem gloriam prouehat, malisque tem-  
pus respicendi prolonget. Admiratio  
reuerentialis diuinorum iudiciorum,  
resignatio, spes & magnanimitas in  
tempore temptationum.

III. Expende pœnam reproborum  
diuinâ longanimitate abutentiū, quo-  
rum mala opera à dæmonibus colli-  
guntur, ob quæ æternū comburātur:  
sicut bonorum bona à sanctis Angelis.

I 2

ubsec-

obseruantur, ob quæ æternum remunerantur. Horror peccati & tepiditatis, feroor profectus spiritualis.

*Pro hac hebdomada loco meditationum possit primus modus orandi Sancti Patris Ignatij prolixius exerceri, circa sequentem materias tribus vñis accommodatas, de quæ vide i. p. Industriarum c. 11. §. I.*

## II.

1. De tribus animæ potentiis & quinque sensibus corporis, in quorum singulis paulò accuratius expendenda dignitas, præstantia, utilitas. 2. fido à creatore intentus. 3. Vsus seu modus optimus singulis vñtendi secundum exemplar Christi, & B. V. cum dolore de malo singulorum vñsu, & proposito mendationis, & petitione gratiæ per subiunctam orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam, prout fusius explicatur loc. cit.

## III.

2. De præcipuis virtutibus, quas Christus priuatam vitam agens cum B. V. exercuit, vt sunt humilitas, paupertas, modestia, obedientia, patientia, deuotio, gratitudo, amor Dei, zelus gloriæ Dei & salutis animarum, & similes; in quarum singulis expendum i. Quid, quales, quam præstantes in se sint quam Deo gratae, nobis proximisque utiles & necessariae. 2. quam eximiæ